FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Philologica Svper Apocalyps. c. XXII Comm. XIIX Et XIX De Addendi Detrahendiqve VI A Verbis Apocalypticis Prohibenda

Kirchmaier, Georg Wilhelm

VVittebergae Saxon, [1730?]

VD18 14889595

Widmung

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197561

Visual Library

PERILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
CAROLO FRIDERICO
DE
DACHROEDEN
DYNASTAE THALEBRAE ROEDCHENAE MITTEL SOEMMERAE GRVMBACHII ET AVLEBAE
POTENT. BORVSSORVM REGIS AC PRINCIP. ELECT. BRANDENB IN PRINCIPATV HALBERSTADIENSI ET COMITATV HOHNSTEINENSI REGIMINIS ET CONSISTORII PRAESIDI VICARIO AVLICI CAMERALISQVE IVDICII CONSILIARIO
ET COMITI
DOMINO MEO GRATIOSO
FELICITATEM

Franckesche Stiftungen zu Halle

PERILLVSTRIS
ATQVE
EXCELLENTISSIME DOMINE

GRauiſſimam ſalutis publicae curam, ſanctiſſimamque ſacrorum cuſtodiam, turbare, ac, tam illuſtre NOMEN ſibi inſcribere, diu multumque dubitauerat exiguum hocce ſcriptum, in quo parum ſplendoris lucet, nec parum ingenii deſideratur. Verum enim uero dubitationes illas ſuſtulerunt, aut, ſi non ſuſtulerunt, certe immi-nuerunt rationes haud poenitendae. Nam, ut in publica commoda ne peccet haec diſputatio, aditum ad Te, Domine Perilluſtris, non illo ſibi tempore expetit, quo non datur a publicarum ſeueritate curarum remiſſio, ſed eam illa exſpectat horulam, quaecunque ſubſeciua deſtinata ipſi fuerit. Neque haec ratio ſola eſt, ſuperſunt aliae. Hic allegare nolo uirtutes, quas in Te ſuſpiciunt omnes bonae mentis alumni, neque com-

memo-

Franckesche Stiftungen zu Halle

memorare propenſum Tuum in Muſas affectum, Tuaque luculenta elegantiorum litterarum ſtudia, quorum teſtis αὐτόπτης, atque αὐτήκοος, eſt ipſe auguſtiſſimus Imperator, CAROLVS VI, urgebo tamen uerba illa Puſendorfiana, *generoſis mortalium ſolenne eſſe, etiam tenui ſibi exhibito cultui, interpretatione pietatis, dignationem addere.* Praeterea animum mihi addidit ſacra quoque illa ſplendidiſſimae gentis Tuae εὐγένεια, qua diuina ſummi Numinis effata, μετὰ πάσης προθυμίας ſuſcipitis, τὸ καθ᾽ ἡμέραν ἀνακρίνοντες τὰς γραφάς. Cuius demonſtrandi cauſa, prouocarem ad illam, quam de uerbo diuino, eiusque ueneratione, diſſerentem, Thalebrae aliquoties ipſe audiui, VIRGINEM GENEROSISSIMAM, citarem patrem Tuum Perilluſtrem, in cuius animo quantus diuinae ueritatis amor inſederit, uel ex eo conſtat, quod, exquiſitiſſimas ſcilicet pontificiae religionis delicias, a Principe Praepoſito Ellwangenſi prolixe commendatas, faſtidiuerit, proferrem alia exempla plura, niſi, Te ſolum nominaſſe hic, mihi ſufficeret, qui quam praeclaras, prorſuſque inſignes, ab affectu pio, rerumque ſacrarum praeſidio, laudes ſumſeris, ab aliis cognitum ſatis exploratumque habeo. Deinde a PATRE Tuo Perilluſtri, ſimulac ex Academia Thalebram uenirem, ſe quoque, Aulebae, conuenire iuſſus ſum, ipſe uero mortalitati ereptus, in meliores beatorum ſedes prius demigrauit, quam aut, ex illo tempore, Thalebram uiderim, aut eius beneuolum iuſſum cognouerim. Quam igitur humanitatem, erga me, immeritam fouit PATER Tuus, ὁ μακαρίτης, eandem ut continues, ſubmiſſe petere uolui, meamque uiciſſim obſeruantiam pietatemque expectes, quam PATRI Tuo teſtari debui, nec potui. Et quidni ad Te, Dominum, redirent agrorum tuorum fructus, fructus enim tuos nomino has medita-

ſiones admodum tenues, utpote, in praediis Tuis Thalebrenſibus, ex perpenſa ibi, ante annum, ἀναγνώσει Apocalypſios Vitringiana, enatas. Quemadmodum uero has Tibi primitias ſacras eſſe, uelim, ita ſpero, totuſque confido, benigno laetoque eas uultu ſuſceptum iri. Hoc unum hic adiicere, officii mei ſumma eſt, me nimirum Deo ſupplicaturum, ut proſperam, aequabilem, perpetuamque fortunam, ſecundo uitae, ſine ulla offenſione, curſu, Tibi, Domine Perilluſtris, Tuisque largiatur, ac, Te, tamdiu mortalium rebus intereſſe, iubeat, donec REGI, Tibi etiam ipſi, illuſtrique familiae Tuae, Muſis, denique omnium bonorum deſiderio abunde ſatiſfeceris. Quod ex animo precatur

PERILLVSTRI
EXCELLENTISSIMOQVE
TVO NOMINI

VVittebergae Saxon
d. XXI Iull ann. cIↃ IↃCC XXX

deuotiſſimus cliens

M. IO. IVSTVS SPIER.